

1429. & 17. Maji

Ex Orig. Arch. Regni.

Limites Regni

15.

Pauli de Rusedorff Magistri  
Prussiae literas continentis  
rationem finium regundorū  
cum Regno

Nos Paulus de Rusedorff Ordinis Beatae  
Mariae Theutonicorum Magistri generalis  
promittimus pro nobis et ordine nostro bo-  
nae fidei, et spondemus Quod limites inter  
Regnum Poloniae et Terras Novae Marchiae  
cum Nunciis Serenissimi Principis et do-  
mini domini Vladislai regis Poloniae et  
nostris ad hoc deputandis ipso die Pur-  
ificationis Virginis gloriosae proxime ven-  
turo, juxta oppidum Landisberg conveni-  
entibus faciemus, distinguemus et deci-  
demus, ipsamque dominum Regem et Re-  
gnum ipsius Poloniae sine contradictione  
qualibet admitteremus ad eodem, eo tamen  
ordine atque modo; quod si praefati do-  
mini Regis et nostri Nuncii hinc inde  
ad limites hujusmodi mittendi super  
probatione potioris juris limitum me-  
desessorum concordare juxta tenorem ar-  
ticuli infrascripti sumpti de litens  
concordia

—————

concordia nequiverint, eorum qualibet par-  
tium eliget duos viros de parte sua ido-  
neos pro arbitris, qui ad sancta Dei Evan-  
gelica prestabunt corporale juramentum,  
quibus hujusmodi discordiam secundum  
Deum et justitiam favore, timore, odio  
et metio postpositis tractabunt, discutient  
ac decident, et in illos quatuor viros ta-  
liter juramento astrictos partes de alto et  
basso compromittant, quod velint et debeant  
discussioni et determinationi ipsorum  
super hujusmodi juriis potioris cognitione  
stare obedire et parere, stabuntque, obediant  
et parebant. Etsi hujusmodi electi et ju-  
rati consilio et deliberatione indigebunt  
habeant per presentes prorogandi et consi-  
liis requirendi per trimestre tempus vel  
alias secundum quod eis videbitur expedire  
facultatem et tandem in convento termino  
et loco, utique diffinire tenebuntur. Simi-  
liter de limitibus inter Terras Pomeraniae  
Bidgostensem, Malbensem sive Kragne  
Nuncii partium in crastino Nativitatis  
Mariae proximo venturo juxta Jermice  
debent convenire et limites inter Terras  
predictas juxta literas et antiqua signa  
et granices dudum eisdem limitibus ad-  
hibitas, et secundum nova nuper designata  
paucis

17.

paacificè et ad finem, si que vel ubi reman-  
serint imperfecta perducere, et novis literis  
hincinde roborare, parimodo Ferrarum Do-  
brinensis, et Michaloviensis, Culmensis et a-  
licarum Ferrarum Ordinis Regno confinan-  
tium limites per Nuntios partium, qui  
in crastino assumptionis Mariae in loco an-  
tiquo conventionis super eisdem distinguen-  
dis juxta literas, antiqua signa et in-  
dicia dudum et nuper designata conve-  
nient et tandem sopiantur et ad finem,  
ubi adhuc remanerent indismissa deducant  
et firmentur a partibus debito robore li-  
terarum. Articulus vero super hujusmodi  
limitibus in concordia editus sequitur et  
est talis. Item quod sub certo et determinato  
tempore dominus Rex suos Commissarios  
cum pleno mandato similiter et nos nos  
destinare debemus et ad firmandas et si-  
gnandas granicies inter Regnum Poloniae et  
Terras Novae Marchiae, Pommeraniae, Culmen-  
sis et Michaloviensis, in qua limitationes  
nos et ordo noster Regnum et Coronam de-  
bemus admittere ad limites ab antiquo ten-  
tos et observatos, et pontis in Flumine Dra-  
wa circa Hochzeit remaneat non destru-  
ctus et liber transeuntibus usque ad descen-  
sum Consiliariorum illorum et granicierum  
praedictarum finalem confirmationem et  
ulterius

— — —

ulterius, si ibidem fuisse probabitur, in-  
perpetuum remaneat. Datum in Insula  
propè Welun. anno Domini millesimo  
quadringentesimo vigesimo tertio, decima  
septima die mensis Maji, sigillo nostro  
presentibus subappenso.

Papirana iest ta Kopia longimatu  
pargaminowego, uktorego wisi pierze-  
na pargaminowey dawiasa, d 17. Mie-  
siaca Augusta, roku 1785.

MS. 1223 Anni.